Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pulli sub te cadent in corda inimi
corum regis. Sedes tua deus in
seculum seculi. virga directionis v
ga regni tui. Dilexisti iustitiam
et odisti iniquitatem. propterea unxit te
deus deus tuus oleo letitie preconi
bus tuis. Myrra et gutta et
cassia a vestimentis tuis a domibus
eburneis ex quibus delectauerunt te filie
regum in honore tuo. Astitit
regina a dextris tuis in vestitu deau
rato circumdata varietate. Audi
filia et vide et inclina aurem tuam
et obliuiscere populum tuum et domum
patris tui. Et concupiscet rex
decorem tuum quoniam ipse est dominus
deus tuus et adorabunt eum. Et
filie tyri in muneribus vultum tuum
deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab
intus in fimbriis aureis circumam
icta varietate. Adducentur regi
virgines post eam proxime eius
afferentur tibi. Offerentur in leti
tia et exultatione adducentur in te
plum regis. Pro patribus tuis
nati sunt tibi filii constitues eos pri
ncipes super omnem terram. Memo
res erunt nominis tui domine in om
ni generatione et generatione. Propterea
populi confitebuntur nomini tuo et laudabo
te in eternum et in seculum seculi. In fine psalmus
pro archanis filius chore.

Deus noster refugium et
virtus. adiutor in tribula
tionibus que inuenerunt nos
nimis. Propterea non timebimus
dum turbabitur terra et transferentur mon
tes in cor maris. Sonuerunt et
turbate sunt aque eorum. conturba
ti sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuita
tem dei. sanctificauit tabernaculum suum
altissimus. Deus in medio eius
non commouebitur. adiuuabit eam de
mane diluculo. Conturbate sunt
gentes et inclinata sunt regna. de
dit vocem suam mota est terra.
Dominus virtutum nobiscum
suscceptor noster deus iacob. Ve
nite et videte opera domini que posuit
prodigia super terram auferens bella
usque ad finem terre. Arcum conteret
et confringet arma et scuta comburet
igni. Vacate et videte quoniam ego sum
deus et exaltabor in gentibus et exalta
bor in terra. Dominus virtutum no
biscum suscceptor noster deus iacob
In fine psalmus pro filius chore.

Omnes gentes plaudite ma
nibus iubilate deo in voce ex
ultationis. Quoniam dominus
excelsus terribilis et rex magnus super
omnem terram. Subiecit populos no
bis et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nos in hereditatem sibi gloriam
iacob quem dilexit. Ascen
dit deus in iubilo et dominus in voce
tube. Psallite deo nostro psallite
psallite regi nostro psallite. Quoniam
rex omnis terre deus. psallite sapien
ter. Regnabit deus super gentes
deus sedebit super sedem sanctam suam. Prin
cipes populorum congregati sunt cum
deo abraham. quoniam dii fortes terre vehe

xlvj

337